Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



.xlv.

duum tue maiestatis potentia resuscitasti.
ita et corpus et cor nrm ab omnibus vicijs
emundari. et animas nras in futura re-
surrectione beatorum spiritibus facias ꝯgre-
gari. Qui viuis ac regnas tecum p omnia sl̃orum
In memoriam et laudem et gl̃iam Orem.
resurrectionis tue hymnum dicat tibi
omnis creatura tua domine. et nos qui
uis peccatores et delinquentes hymnum
dicimus et agimus grias. veneranda mq;
crucem tuam adoramus. sanctamq; re-
surrectionem tuam laudamus et glorificamus.
quia p te redempti sumus. ideoq; crucifixum
dnm laudamus. et sepultum ppter nos
magnificamus. resurgentemq; a mortuis
adoramus. et petimus vt p te et sanctam re-
surrectionem tuam nos a morte animarum
nostrarum resuscitare digneris. Qui
viuis ac regnas deus p omnia. Orem:
Deus et terre conditor. quo mo-
riente illuminata sunt tartara.
quo resurgente sctorum multitu-
do gauisa est. quo ascendente
celorum exultauit caterua. precamur